863.

# SACRAE ALIQVOT CANTIONES QVINQVE ET SEX VOCVM

*APTISSIMA TAM VIVAE VOCI, QVAM DIVERSIS Musicorum instrumentorum generibus Harmonia accommodatae, quibus adjuncta est Missa ad imitationem cantionis Germanicae,* **Schaffe in mir Gott ein reines Hertz.**



*Authore*

ANDREA CRAPPIO LVNAEBVRGENSE,
Scholae Hannoverensis Cantore.

## TENOR.



MAGDEBVRGI
*Andreas Gehen excudebat. Anno M. D. LXXXI.*

## ILLVSTRISSIMIS DOMINIS ET PRINCIPIBVS, DOMINO ERNESTO, CHRISTIANO, AVGVSTO, FRIDERICO ET MAGNO, illuſtriſsimi Principis & Domini, Domini GVILHELMI Ducis Brunſuicenſis & Lunæburgenſis filiis, Dominis ſuis clementiſsimis.

COnſtat Illuſtriſsimi Domini Principes, non è ſacris tantum literis, ſed ex prophanis quoq; hiſtoriis, atq; ipſa adeo experientia, quod Muſica ſingulare DEI donum eſt, quo ipſius omnipotentia & laudes decantantur, animi hominum mulcentur, triſticia pellitur, multaq; bona & ſalutaria inter homines præſtantur. Ita enim legimus in ſacris literis, quod Regius Propheta Dauid, Pſalmos ſcribere & harmonicis modulis applicare, & decantare non erubuit Atq; idem ante ipſum fecerunt Moyſes, Aaron, & duces populi Iſrael. Cum Saul à ſpiritu nequam agitabatur ( ut ſcriptura loquitur ) quæritur Cytharædus David, & ad harmonicos modulos ceſſat tentatio & furor, & melancholia cedit. Quoties regius ille Pſaltes ait: Lauda anima mea DOMINVM. Ecce nunc benedicite Domino omnes ſervi Domini. Item: Laudate eum in ſono tubæ, laudate eum in pſalterio & cythara, laudate eum in tympano & choro, in chordis & organo, in cymbalis benè ſonanti-



bus,

bus, in cymbalis jubilationis. Et quomodo possunt omnia decenter & ordine fieri in Ecclesia, quod Paulus præcipit, si non adsit Musica? Cui non noti sunt hymni novi Testamenti, quos à Maria virgine, à Zacharia sacerdote, & à justo ac pio illo sene Simeone gratiarum actionis loco ad aures DEI effusos & decantatos habemus, ut interim taceam Responsoria, Introitus, Prosas, quæ Chorali, quem dicimus, cantu, affectum & pietatem in canentium & auditorum cordibus miré movent. Quin & summam eruditionem & animorum institutionem in nervorum vocumq; cantibus sitam esse, à Græcis semper feré creditum est. Inde est quod scribunt Epaminundam Græciæ principem præstantissime fidibus cecinisse. Cum recusasset lyram indoctior est habitus doctissimus Themistocles. Memoria quoq; dignum est quod Ptolomæus ait: Musica velut artium præstantissima divinis se inseruit rebus, & numinibus placandis adhibetur. Pythagoras philosophus & qui deinceps ea studia consectati sunt, mundum ipsum non citra Musicas rationes concinnatum, coaptatumq;, argumentorum subtilitate colligere sunt visi. Arcades præ multis aliis populis ab assiduo Musicæ studio commendantur, quod ita receptum moribus apud eos erat, ut non pueros modo, verum etiam adolescentes ac juvenes ad trigesimum usq; ætatis annum ea disciplina imbuendos curarent, cum alioqui difficilis atq; austeræ vitæ homines essent. Cæteras artes ignorasse apud eos, tanta non erat ignominia, quàm Musicæ imperitiam fateri, nec id lasciviæ vel deliciarum causa, sed ut labores assiduos in colendis agris, & vitæ præterea duriciem atq; asperitatem hac quasi dulcedine emollirent ac contemperarent. Atq; inde videmus, cur Vates Mantuanus in Bucolicis Arcades pluri-

plurimis laudibus efferat. Inquit enim: Soli cantare periti Arcades. Et rursus: Arcades ambo, Et cantare pares & respondere parati. Hæc & plura quidem in Musicæ laudem & Encomion afferri in medium possent, si mihi cum iis agendum hominibus esset, qui Musicam ut levitatis ministram, & bonis moribus adversantem calumniantur & contemnunt. Vobis verò Illustrissimi Domini Principes, suaves cantilenas perplacere, iisq; exercitiis Cels. V. delectari, nullum est mihi dubium, cumq; propensissimus Cel: vestrarum favor erga illos, qui cum bonarum artium, tum Musices, sine qua reliquæ veluti semimortuæ esse videntur, studia diligenter atq; aliqua cum fœlicitate excoluerunt, abunde pateat & manifestus sit. Ego itaq; etsi tenuitatem meam agnosco, & cum non par sim illis artificibus, qui sublime tuentur, tamen audere volui dedicatione harum cantionum ad Cels: vest: appellere, atq; iis observantiæ & subjectionis erga C: V: meæ argumentum aliquod proferre, atq; in bona spe sum, studium meum, qualecunq; illud est, ingenuum sane & ad gloriam DEI directum, à C. V. non tantum non improbatum, sed clementi animo, liberaliq; favore susceptum iri. Quod si impetravero, addetur mihi calcar & incitamentum, ut per DEI gratiam in posterum quoq; suaves harmonias, gloriæ divini nominis & Ecclesiæ ornamento inservientes effingere coner. Vero gemitu & ardenti pectore oro DEI & Mariæ virginis filium, qui passus & mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter justificationem nostri, ut Illust: Cels: V. pietatem & studia, de quibus toti patriæ spes exoptatissima affulget, sua gratia clementissimè dirigere atq; secundare, nec non C. V. Illustrissimos parentes, ipsorum vitam, totam deniq; familiam

liam vestram, in tantis imperiorum ruinis, Rerumpub. confusionibus, & hac ultima & decrepita collabescentis mundi senecta, propter divini nominis sui gloriam, Ecclesiæ scholarumq; utilitatem atq; subditorum totius patriæ nostræ salutem & incolumitatem larga & ubere benedictione sua beare, protegere, regere & conservare velit. Datæ Hannoveræ die Michaëlis Archangeli, Anno salvatoris 1581.

V. C

Observantissimus

Andreas Crappius Lunæburgensis.

# AD DOMINVM ANDREAM CRAPPIVM MVSICVM ET CANTOREM HANNOVERENSEM.

*M. HENRICVS GARBERVS.*

MVsica concinno longè dulcissima cantu
  Vnius est sancti munus opusq; Dei.
Quam nil qui metuit mordaci rodere lingua
  Hunc ego nil sanæ mentis habere puto.
Rectè igitur Crappi divinam amplecteris artem
  Iungis & ad numeros verba decora tuos.
Namq; benè atq; piè cantas: nil quæritur ultra,
  Et sedet in labiis Musa, Charisq; tuis.
Sicq; tuo cœli penetras modulamine nubes
  Flectis & æterni mitia corda Dei.
Crede mihi, benè dum cantas & dum pia cantas,
  Pectora magnorum flectis & alma Ducum.
Perge bone ô Crappi, facilem tibi namq; supremum
  Esse Devm, & faciles experiere Duces.

M. DANI-

## M. DANIELIS HELVIGII STETINENSIS ELEGIA AD ANDREAM Crappium Musicum.

INclyta divinas celebrabat Musica laudes,
Inclyta divinum Musa canebat opus.
Suavibus illa sonis languentia pectora tollit:
Dulcibus hæc numeris languida corda movet.
Obstupuit Lanus: Felicia tempora dixit,
Quæ signum tantæ nobilitatis habent.
Ecquis amat Musas? ecquis tua curat Apollo
Commoda synceris æquiparanda bonis?
Præclara egregiis doctrina est laudibus apta.
Flos mundi, aucta suis Gloria divitiis.
Nobilius doctrina bonum, præstantius ecquod
AEtherii videat Solis utramq; domum?
Nil sine doctrina est immensa potentia mundi:
Huic subitò casum quæ venit hora feret.
In sua fata ruunt sensim omnia. Mobilis aura
Vita est. Sors dubias versat acerba vices.
Vidi ego mane rosas nasci cum lumine solis
Atq; rosas vidi sole cadente mori.

Vna

Vna mori nescit virtus, vivitq; sepulta,
Vivit perpetuos illabefacta dies.
Grata DEO virtus semen diffundat, ut olim
Illa novis surgat nobilis herba comis.
Adjuvet hoc summus Flammantis Rector olympi
Et faveat nitida pax redimita toga.
Felix illa dies, lux ter felicior illa,
Qua multus læto germine vernat ager.
Delphica cur cingit vatum sacra tempora Laurus?
Perpetuas laudes vera poësis habet.
Quis nescit dulces quod fingat Musica voces?
Quis nescit suaves quod canat illa modos?
Musica grata DEO est. Hominum divina ministra est.
Perpetuas laudes Musica dulcis habet.
Egregiis Crappi dum Musas vocibus effers,
Saxoniæ Musis annumeranda tua est.
Perge acris servire DEO, servire saluti,
Nobilis ingenio nobilis arte vir es.
Hoc Flos ille virûm, celeberrimus ille Melanthon,
Si quid habet sensus umbra diserta, probat.
Gloria salva diu crescat crescentibus annis,
Cingat honoratas laurea digna comas.

## INDEX CANTIONVM.



ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, DOMINI GVILHELMI DVCIS BRVNSVICENSIS ET LVNAEburgensis, &c. Symbolum.

# Gott ist vnser einiger trost allein.

SPes quærat sincera DEVM: DEVS imperat, omnes
Fortunæ dubias temperat ille vices.
Spes DEVS una mihi: Sic vitæ dulcior usus,
Sic gratum Funus postmodo Fœnus erit.

TENOR Sex Vocum.

1.




Altera Pars.




Delectare

TENOR. Quinque Vocum.

II.






tuam


tuam Revela Domino viam Revela Domino viam vi- am tuam, & ſpe-
ra in eo & ſpera in e- o & ſpera in eo in eo, & ipſe faci-
et & ipſe faciet ij & ipſe faciet.
Altera Pars.
ET dedu- cet quaſi lumen ij iuſticiam
tu- am iuſticiam tuam, ij & iudicium tuum tuum & iu-
dicium





dicium tuum & iudicium tu- um tanquam meridiem ij
tanquam meridiem tanquam meridiem. Subditus eſto Domino ij
ſubditus eſto Domino & ora eum & ipſe faciet ij &
ipſe faci- et & ipſe faciet & ipſe faci- et ij & ipſe
faciet ij & ipſe. faciet.


III.


F
Eſtiva perplacet Deo ij Feſtiva perplacet Deo ij
Feſtiva perplacet Deo Connubij ſolennitas ij Connubi-
i ſolennitas Connubij ſolennitas Feſtiva perplacet Deo Connubij ſolennitas Connubi-
i ſolennitas Feſtiva perplacet Deo ij Connubij ſolennitas Con-
nubi- i ſolennitas, Hanc Chriſtus in pijs probat Hanc Chriſtus in pijs pro- bat




bat Hanc Chriſtus in pijs probat pro- bat Hanc Chriſtus in pijs probat ij
ij ij in pi- is probat
Hanc Chriſtus in pijs probat ij Conviva gratus ij Conviva gratus nupti-
is Conviva gratus nuptijs Conviva gratus nuptijs Conviva gratus nuptijs. ij
Altera Pars.
ADeſte ſpon- ſi ij adeſte Adeſte ſpon- ſi ij adeſte

C


adeste spon- si adeste adeste sponsi Vivite suaviter vi-
vite vivite vivite suaviter vivite su- aviter vivite suavi-
ter fœliciter complete longa secula fœliciter complete lon- ga secula longa
secula complete longa secula complete longa secula fœliciter complete ij
longa secula complete longa secula ij ij
multamq;





multamq; prolem ij multamq; prolem ij ij ij
multamq; prolem gignite ij multamq; prolem gignite multamq; prolem gig-
nite ij mul- tamq; pro- lem gignite.
IIII.
DIxit Dominus Deus ij Dixit Dominus
Deus: Non est bonum ij Non est bonum hominem esse solum ij
esse




Iucunda









Amoris


Amoris alma copula Amoris alma copula ij alma copula Ce-
dat tibi ij Cedat tibi fœliciter ij
Garbere dulcis ij
O sponse dulcis ij
Garbere
O sponse ij dulcis dulcia sic vi- ta dulcia sic vita sumet
commoda. ij





VI.


Erva Deus verbum tuum ij ij
Ostende nunc potentiam ij ij
Vivificator Spiritus ij ij
Serva Deus verbum tuum ij & frange vires hostium, ij
Ostende nunc potentiam ij O Christe Rex regum, tuam, ij
Vivificator Spiritus ij concordiam da cordibus, ij
& frange vires hostium ij & frange vires hostium, ij ij
O Christe Rex regũ, tuam ij O Christe Rex regum, tuam, ij ij
Concordiam da cordibus ij Concordiam da cordibus, ij ij
Qui Iesum filium suo ij Qui Iesum filium su-
Defende parvulum gregem ij Defende parvulum gre-
Ades periclitantibus ij Ades periclitanti-








# MISSA SEX VOCUM.

Ad imitationem

Schaff in mir Gott ein reines Hertz.




x.




Gloria




xi.







Deus



ij Deus pater omnipotens ij Domine fili uni- genite
ij IESV Christe Domine Deus ij Agnus
Dei ij filius patris filius pa- tris patris.
XII. QVi tollis peccata mundi ij pecca-
ta mundi ij peccata mundi miserere nobis Qui tollis peccata mun-
di,




di, suscipe deprecationem nostram, qui sedes ad dexteram patris ij
ad dexteram patris miserere nobis. Quoniam Tu solus sanctus ij Tu solus al-
tissimus ij IESV Christe ij Cum sancto Spiritu ij
Cum sancto Spiritu in gloria Dei patris Dei patris in gloria Dei patris, Amen.
ij

TENOR. Sex Vocum.


XIII.




Clemens

TENOR. Quinque Vocum.

XIIII.




FINIS.

Mus: pract. ant.